

langravii Thuringie amplectentes tamquam devotionis alumpni opera pietatis considerato prudenter, quod domus vestra velud dextere divine plantatio generalem ecclesiam religionis odore delectat et fructu reficit caritatis, cuius ibi circa pauperes et infirmos officiose officium exercetur, ardenti iam dudum desiderio affectarunt; hospitale sancti Francisci de Marburch, quod in proprio solo fundatum de bonorum suorum ubertate dotarunt remittentes 5 illi liberaliter propter deum, quicquid iuris habebant in ipso, et eidem insuper concedentes ius patronatus, quod in parrochiali ecclesia de Marburch competebat eisdem, vobis ab apostolica sede conferri. Unde prefatus C[onradus] a nobis multa precum instantia postulavit, ut ipsius et predicti fratris sui desideriis annuentes hospitale ipsum predictae domui vestre conferre misericorditer dignaremur. Cum igitur succensi zelo divino, quo pro Christo 10 animas vestras ponere decrevistis, mereamini habundantiori benedictione sedis apostolice confoveri et nobilium eorundem affectui plenioris favoris exhibitio debeat, nos pro firmo tenentes, quod ex eodem hospitali multa possit Terre Sancte, cuius vos totaliter devovistis obsequio, utilitas provenire et in eo plenius hospitalitas, ad quam ex institutione apostolice sedis tenemini, observari, hospitale ipsum cum iure patronatus predictae ecclesie de Mar- 15 burch et aliis iuribus et pertinentiis hospitalis eiusdem vobis et domui vestre de potestatis plenitudine ac gratia speciali duximus conferendum, illud pro reverentia beate memorie Helisabeth langravie Thuringie, cuius corpus requiescit ibidem, ut, sicut est celebre veneratione fidelium, sic prerogativa gaudeat libertatis, venerabili fratri nostro . . Maguntino archiepiscopo loci diocesano episcopali iure in parrochia memorate ecclesie de Marburch 20 in omnibus semper salvo et a vobis pro eodem hospitali annuo censu duarum marcarum argenti sibi et suis successoribus annis singulis persolvendo, in ceteris esse liberum statuantes; non obstante, quod de preficiendo magistro ipsi hospitali quondam noscitur institutum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pre- 25 sumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Reate kal. iulii, pontificatus nostri anno octavo.

(B.)

501.

Papst Gregor IX. benachrichtigt die Brüder des Franciscushospitals zu Marburg, daß er das 30 Hospital nebst dem Patronatsrechte über die Pfarrkirche zu Marburg auf Bitten der Landgrafen Heinrich und Konrad dem Deutschen Orden überwiesen habe, und fordert sie auf, diesem künftig zu gehorchen.

Bieti, 1234 Juli 1.

Hdschr.: Or. Perg. (A B) Staatsarchiv Marburg. Die Bleibulle an Hanfschnuren. In der linken Ecke des umgelegten unteren Randes steht bei A: .P., bei B: .j., auf der Rückseite von A: R. scripsit.

35

Gedr.: Wyß, Hess. Urkundenb. 1,40. Potthast 9484.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis sancti Francisci de Marburch et aliis ibidem ad obsequium domini